



Ad Franciscus Secundus, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator. Sem-
per Augustus, ac Germania, Apostolicus Hungaria, Bohemiaque Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Ma-
gnus Princeps Transilvaniae, Comes Tyrolis, et Siculorum. Memoria Commendamus per praesentes quibus expedit
Universis, et Singulis: Quod Nobilis Antonius, filius Egregii Gaspari Bolyai de eadem, et Consortis sua, dum in
viris esset Nobili Cristina V. Bavae susceptus, et progenitus, coram Matre Nostra personaliter Constitutus, viva
Vocis sua eloquio significavit Nobis, et retulit in hunc modum: Qualiter predictus ejusdem Genitor prout ipse
Protestans Certo perspexisset, et revera intellexisset Portionem Terrarum sui Carnalis, et Uterini Egregii Sigismundi pari-
ter Bolyai, absque Legitima Prole decedentis in Possessionibus Bolyai, et Terrae Cottui Albensi Superiori ingremiatis
habitam, et existentem Anticalem Catharina Nuytorf, nunc tertia Vice Martino Nagyiand, antea vero Sigismun-
do Bolyaiand, ejusque Proli Carolina remiserit, abalienaverit Anno hocce Currenti Millesimo Octingentesimo Pri-
mo Superque hac remissione, abalienatione Litteris quoque Contractualibus coram Regibus Michaeli Petro, et Gabriele
Primi Die vero Vigesima Octava Mensis Aprilis se obligaverit, necessitate magis, quam spontanea Voluntate ductus,
Cum et ipse Citatam Carolinam velut ex incestu procreatam pro illegitima semper habuerit, Matrimonio Contradi-
derit, nec in Litteris Contractualibus se eam pro Legitima agnoscere velle per expressum declaraverit. Quia vero
hac remissio Portionis praedictae in damnum, et Prajudicium ipsius Protestantis, tanquam veri, Legitimi, ac
immediati Successoris manifestum facta esset, hinc velle idem Protestans huic remissioni, abalienationi solem-
niter Contradicere, prout etiam Contradixit inhibendo, et inhibuit Contradicens, Litterasque super inde emana-
tas revocatas, Cassatas, Vinibusque destitutas promunciarit; viva Voce declarans, se praedictam Carolinam pro nunc
Bolyai nuncupatam tanquam ex incestu procreatam, longeque ante Matrimonium enatam nec per subsequens
Matrimonium Legitimatam, ac Vigore Legis Decretalis Bartoli Bruni Titulos 106. et 108. Successionem in Beneficiis
nec deinceps habere, in sui aliorumque Heredum damnum & Prajudicium nunquam pro Legitima agnovisse
nec deinceps agnoscere. Harum Nostrarum Vigore et Testimonio Litterarum Judicialium et Authenticarum Sigilli nostri Fran-
ci munimine Roboratas. mediantes. Datum in Libera Regiaque Civitate Nostra Mariae Vasaehely Anno Domini Millesimo
Octingentesimo Primo, Die Decima Quinta Mensis Junij.

Act. hujus per Myn-
Alexand. Leopold. v.
H. hujus P...

BF14514V



BF145/2



De dato 15^o Junii A. 1501.

Testamentaria Contradictio

Hobilij Antonij Polyei L. c.

Anni esset cancellaria L. c. Tabularij Sub Auspiciis
M. Porrocoran Miquipici Alexij L. c. p. l. i
de Homorod. p. l. i. Majarhellijini.

BF. 145/2^v